



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

Capvt. III. Quàm peruersè Deum in Sortibus imitetur, Dei simus  
Cacodæmon?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

*per fortē, sit licita?*

67

ne quid fraudis admittatur. His talibus do-  
lis & culpis semotis, sors, seu *vrna Fortuna*  
licita est, & saepe à Domino Deo in subsidi-  
am pauperis alicuius temperata, ut pro se-  
stertio equum, aut crūmenam auro turgi-  
dam accipiat, pro triobolo. Sæpe & auarum  
centum Philippeis in vnam atque hamum  
missis, non sinit extrahere, quod teruncio  
quoque emeret. Nimirum *Dominus paupe-*  
*rem facit, & ditat; humiliat & subleuat.* Quia  
*ipse Dominus Deus noster: in uniuersitate terra iu-*  
*dicia eius.*

1. Reg. 2.  
7.  
1. Para-  
lip. 16. 14.

### C A P V T. III.

*Quām peruersè Deum, in Sortibus, imi-  
tetar, Deissimus Cacodæmon?*

#### §. I.

*In Sortibus magna cautela opus.*

**M**onstrata via, qua dirigenda est  
nauis, etiam digitus ad scopulos  
intendendus est, ne naufragiū fa-  
ciamus. Sunt enim infames hīc scopuli, sunt  
Syrtes, sunt Charybdes, sunt Acrocerau-  
nia. Ad quæ declinanda rursum tradenda  
sunt documenta. Neq; enim semper, aut te-  
merè, ad iudicium Sortis, licet recurrere;

E 2

immo

68 Cap. III. De illicitarū & diabolicarū  
immo sæpius non licet, diuinis humanisque  
legibus obnunciantibus.

§ II.

*Sortes non idcirco usurpandas, quia in veteri  
testamento, aut à quibusdam Sanctis u-  
surpatæ fuerunt.*

Primum documentum. Sortes etiam in Scripturis narratæ, & à quibusdam Sanctis usurpatæ, non idcirco nunc etiam omnes licitæ sunt. De Sanctis constat, eos, ex peculiari Dei instinctu, quædam miranda magis, quam imitanda fecisse. Nimis diu alijs expectandum foret, si domum redire nolent, donec eis projectas in mare claves pisces referret, ut S. Bennoni & S. Maurilio contigisse, supra meminimus. Neque vaccarum aut mularum aliorūmq; animalium iudicio, aut indicio potius, permittendum est, quæ eundum sit: tametsi, in veteri Testamento, vaccis ita arca sit imposita; & camelis, sine duce, ituris ad S. Frontonium commissus commeatus; aut ab Ignatio mulæ permisum, vtram ingredi viam vellet. Adde, & Sanctos non semper ab infantia fuisse sanctos; neque omnia, quæ vñquam fecerunt, sancta arbitranda; cum homines fuerint, & subinde, ut homines errârint.

Com-

1. Reg. 6.  
7.

Communis via tutissima; præsertim mortalibus, quibus est cōmunis vita. Certè, ne q̄s seipsū decipiat, si in SS. litteris legat *Sortes* adhibitæ. Prudentissimè, post S. Hieronymum & Bedam, monuit Gratianus, eiuscemodi *Sortes* ad nostra tempora nō pertinere: quia illa sortitio cærimonialis fuit. Itaq; cum veteris legis cærimoniarum abrogatione, ista quoq; sortitionis cærimonia sublata est. Qua ipsa de caussa monet Beda, Apostolos, ante S. Spiritum acceptum, in electione Matthiæ, adhuc legali cærimonia usus fuisse; postquam autē Spiritus S. in eos missus est, nullam deinceps *Sortem*, sed solam orationem, cum ieunio, adhibuisse. Vnde postea septem Diaconos, *Act. 6. &* & Presbyteros sic elegerunt. Sane, cum Sal-  
uator, qui fallere non potest, nec falli, cuncta promittat orantibus; stultum & absurdum est, *Matt. 7.7.*  
relicta oratione, quæ promissionem habet; con-  
fugere ad *Sortem*, cui se ad futurum Deus, in *Delrius*  
novo testamento, non repromisit. *13.*  
*q. 1.*

## §. III.

*Illicitas esse, in novo Testamento, Sortes, quibus,*  
*sine peculiari Dei dispensatione, aut in-*  
*stinetu, res occultæ, futuraq;, cu-*  
*riose indagantur.*

70 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

Secundum documentum. Multò minus  
licita est *Sors*, si ad occulta quasi miracu-  
losè detegenda usurpetur. Esto olim & hæc  
licita, & à quibusdagi Sanctis, etiam noui  
Testamenti, dispensante Deo, fuerit adhi-  
bita. Quia quando Deus sibi aliquid reser-  
uat, non licet id homini, absque sacrilegij  
impietate, scrutari, vt è D. Thoma Fernan-  
dus Vasq.  
lib. I. Il-  
lustr. Cō-  
trouers.  
cap. 49.  
n. 19. De  
his pœ-  
nis. 26. q.  
2. 3. 4. 5.  
& tot. tit.  
Ex. de  
Sortile-  
gijs; & a-  
pud Lucā  
de Penna  
in l. me-  
memori-  
mus. C.  
quam. &  
quibus  
quart.  
pars. lib.  
10. c. sor-  
tes. 26. q. 5.

Secundum documentum. Multò minus  
licita est *Sors*, si ad occulta quasi miracu-  
losè detegenda usurpetur. Esto olim & hæc  
licita, & à quibusdagi Sanctis, etiam noui  
Testamenti, dispensante Deo, fuerit adhi-  
bita. Quia quando Deus sibi aliquid reser-  
uat, non licet id homini, absque sacrilegij  
impietate, scrutari, vt è D. Thoma Fernan-  
dus Vasquijs docet. Certè, ob eiusmodi  
*Sortes*, multi in Idololatria lapsi sunt. Quam  
ipsam ob causam, variæ grauësque pœna  
in Sortilegos constitutæ reperiuntur. Cum  
enim occulta hominum facta, quæ per ha-  
ruspicia, vel auguria, vel diuinatorias sortes,  
inquiruntur, nequeant sciri, si Deus non re-  
uelet, necessum est, dæmonis ope, adeoque  
Stygia, suspicione aut scientia talia velle  
scire eos, qui *Sortibus* occulta indagant: si-  
cut & qui, per *Sortes* conantur futura con-  
tingentia prædicere, in quales lata est ex-  
communicationis sententia, c. si quis Epi-  
scop. 26. q. 5. & qui per sortes consultorias,  
inquirunt, quid faciendum, iudicandumue-  
sit: quæ itidem sub anathemate, prohibita  
sunt; cum non fas sit huiusmodi res, nisi à  
Deo inquirere; Deus autem, in noua lege,  
ordinariè non velit nos suam voluntatem,

pes

per Sortes, indagare. Ut enim maior & perfectior coniunctio dependentiaq; esset, placuit illi, ut diuinam eius voluntatem à doctrina Ecclesiæ; à sacris litteris eiusdem Ecclesiæ sanctorumque Patrum authoritate declaratis; à superioribus nostris; à Confessarijs, ab alijs doctis piisque viris, non autem à Sortibus, disceremus. Quin neque in veteri lege eiuscmodi sortes ac signa, seu omnia licita fuere, nisi illis, qui ad eiuscmodi signa à Deo moti instigatique fuerunt. Vnde, malè ominati sunt Philisthæi, qui ex vaccarum arcam Domini vehentiū, <sup>1 Reg. 6.</sup> itinere gressuque, coniecerunt, an plaga <sup>7.</sup> eis immissa à Deo, an à casu obuenisset.

## §. IV.

*Sortem, in dubio iuris, non facti, &c., sine pre-iudicio tertij, esse adhibendam.*

Qua ipsa de causâ etiam Iurisconsulti docent, non cuiuis & indistincte integrum esse, *ad indicium sortis* recurrere; sed tum demum, cum dubium de iure vertitur, factum autem certum est. Si enim de ipso quoque facto ambigeretur, *ad Sortis arbitriū* idcirco non concedunt deuenire, quod facta legitime & plenè per eum probari debeant, qui intentionem suam in his habet fundatam. Mo-

Accurs.  
in l. 1.  
verb. Phi-  
bebit. C.  
Vti possi-  
det. Iason  
in l. si  
duobus 3.  
c. comm.  
delegat.  
L. ei qui

72 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

ff de pro-  
bat. l. a-  
ctor C. e-  
od tit.

Iason. in  
l. huius-  
modi. 86.

§. siis cui  
de legat.

l. n. 17.

Angel.

Aretin.

in §. Op-  
tionis.

Institut.

de legat.

n. 2. An-

gel.

Are-

tin. in §.

Sed si ex

testamē-

to. Instit.

de satis-

dat. tutor.

n. 4. Bald.

in l. memini-

tus. C. quando

& quibus

quarta pars,

lib. 10. Alciat.

in l. Gallus.

29. ff de lib.

& post-

hum. n. 65.

Vide Guidonem

Pancirollum lib.

rer. memorab.

cap. Fibula.

net Ang. Aretinus, si *Sorti* debeat esse locus, de præjudicio tertij agendum non esse. Quin Baldus aliquę statuunt, casus illos, in quibus *Sortem* adhibere velis, à iure expressos esse oportere. *Sorte* igitur, res dirimitur, si plures, quibus optio legata est, discordes sint, in eligendo: si de deponendis, apud aliquem, instrumentis agatur: si dubitetur, quinam prior cauſam dicere debeat: si, de seruis manu mittendis, quæſtio sit: si de diuīſione bonorum, inter cohæredes, facienda controuertatur: item si de liberis diuīdendis agatur. His talibus in casib⁹ *Sortis* iudicio ſtandum censent, si quidem vtraque pars consentiat, vt *Sortis* iudicio controuerſia dirimatur; alterutra enim dissentiente, nihil agi, fatentur. Igitur dubium iuris, non dubium facti iura *Sorti* permittunt.

Bald. in l. memini-

tus. C. quando & quibus

quarta pars, lib. 10. Alciat.

in l. Gallus. 29. ff de lib.

& post-hum. n. 65. Vide Guidonem

Pancirollum lib.

rer. memorab.

cap. Fibula.

§. V.

*Sortem* consultoriam etiam olim rariū adhibita-  
tam, quam diuīſoriam; nunc maximè  
esse cauendam.

Quin, in veteri quoque lege, *Sors* diuīſo-  
ria

ria longè frequentiùs, quàm *consultoria*, fuit usurpata. Et quanquā etiam in facti dubio, aut, per consilij modum fuerit adhibita: id tamen non est nunc, alia sub lege, in exemplum trahendum: cū penes Deum sit, sua secreta reuelare, prout ipsi placet. Nostrum non est, illi modum præscribere, illius est modum concedere. *Sorte* deprehensum est Iosue. 7.  
 furtum Achan; & Ionathæ prævaricatio: 18.  
 quis nunc timens DEVM sic audeat fures indagare, aut deprehendere prævaricatores? 1. Reg. 14.  
 At illi, qui DEVM non timent, quorum vox est: *Flectere si nequeo superos, Acheronta mo- Virg. lib. uebo*, illi nihil pensi habent, à Superisne, an ab Inferis auxilia tententur. Hinc Stygiæ illæ artes, vt motu cribri versatilis è forfice pendentis; per lancem item & licium, quem modū Sextus Pompeius describit; aut herbâ certâ, pisisue è butyro, aut lebete salientibus; & nescio quibus non modis, (sunt enim ferè sine numero, quia ad anicularum arbitrium) examinent indagéntq; aut furti, aut calumniæ, aut alterius facinoris authorem. Quasi non aut casu talia fieri; aut mentiri in innocentes dæmon possit. Neq; enim sufficit dicere: Ego dæmonem non inuoco. non inuocas verbo; re tamen ipsa v-

E 5 teris

74 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

e 2. de  
sortileg.  
c. si quis  
Episcop.  
26. q. 5.

teris illius ope ; sine qua talia sciri non pos-  
sunt, Deo iam dudum extraordinarios eius-  
cmodi modos detestato. Quare non ne-  
mo, qui per astrolabium conatus fuerat fu-  
rem occultum nosse , etiam sine intentione  
dæmonem inuocandi , ab altaris ministerio  
fuit suspensus , per annum ; idque ex gratia  
ac dispensatione : nam secundūm ius com-  
mune , in perpetuum , suspendi debuisset.  
Sunt enim non expressa tantūm , sed etiam  
tacita , cum hoste , pacta , in honesta .

§. VI.

*Sortiendi varia genera , implicitum cum caco-  
demone pactum inuoluentia , & hinc  
illicita.*

Hoc dicunt plerique, se pactum cum Or-  
co non habere : implicita sunt tamen hæc  
pacta ; cum patre mendacij vtique non in-  
eunda. De hoc censu videri possunt , qui o-  
lim ab Ezechiele reprehensi sagittis sortie-  
bantur : *Stetit rex Babylonis*, inquit, *in biuio,*  
**Ezech. 21.** *in capite duarum viarū diuinationem querens,*  
*commiscens sagittas. interrogavit idola , exta*  
*consultuit. Ad dexteram eius facta est diuina-*  
*tio super Ierusalem.* Quem sortiendi modum

**S. Hierō.** S. Hieronym⁹ sic exponit: *Stabit in ipso compi-*  
**In c. cit.** *te , & ritus gentis sue , oraculū consulēt , ut mit-*

tae

bat sagittas suas in pharetram , & cōmisceat  
eas inscriptas, sive signatas nominib<sup>9</sup> singulorū,  
ut videat , cuius sagitta exeat , & quam priūs  
cūitatē debeat oppugnare . Ex mente igitur  
S. Hieronymi, his fuit pharetra pro verna; &  
pro calculis aut schedis sagittæ . Sed verba  
Ezechielis ( ad dexterā eius facta est diuinatio  
*sup Ierusalē*) confirmant eōrū sententiam ,  
qui putant commixtas sagittas in aërem ia-  
etas , & in quam partem caderent, dexterā,  
an sinistram, versus Rabbath, an Ierusalem,  
obseruasse . Quia autem idem Hebræum  
verbum commiscens sagittas, etiam significat  
tangit, aut poluit sagittas, non defuntur ,  
qui arbitrentur, tangi augures, qui in splē-  
denti cuspidi, velut in crystallo , aut vn-  
gue, futura inspiciebant . Sed verosimilius  
est, hīc castigari genus diuinandi , quod  
Græci *βελομάντιξ*, quām quod *Catoptro-*  
*manticum* nominant . Quò etiam refert D.  
Hieronymus id, de quo Oseas ait : *Populus*  
*meus in ligno interrogauit, & baculus eius an-*  
*nuncianuit ei.* Theophylactus hunc ritum ita  
explicat : Virgas duas statuentes , carmina  
& incantationes quasdam submurmura-  
bant: *deinde virgis, dæmonum operatione, aut*  
*affectu, cadentibus; considerabant, quonam-*

utraq.

Oseaz. 48

12.

Theo-  
phyl. in  
cit. loc.

Oseaz.

76 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

utraq, earum caderet , antrorsumne , an retrorsum ; ad dexteram , vel sinistram . Sicq, tandem responſa dabant insipientibus , virgariū casu , pro signis , vſi . Eundem ad modum Nabuchodonosor vaticinabatur , ut Iezekiel ha-

R. Moses in expli- cat. præ- cepti ne- gatiui. 52. bet . R. Moses Samsonis F. ritum sic expo- nit : Decorticabant bacillum ligneum , vno tantū ex latere , tum in aërem proijcie- bant . Si fortuito casu , primo iactu appa- ruiſſet ſuperior pars decorticata ; ſecundo autem iactu ſuperior pars adhuc veſtita , proſperum ſucessum augurabantur : ſi primū prima pars veſtita , infelicem : ſi vtroque iactu veſtitum , vel nudatum latus ſuperiū ſuiſſet , mixtum euentum ſibi pol- licebantur . Vt vt ſit , reperit Acheronti- cus Alastor , in omni ſuperſtitio ni modo , imitatores . De antiquis Germanis , per am- putatos , è fructiſera arbore , ſurculos , ſu-

Tacit. de morib. German. Cæl. Rhod.lib. 7. antiq. le&t. e. 29. He- rodot. I.I. Itat ex Tacito: de Persis & Scythis , per my- ricinas ſalignásque virgas , vaticinantibus , docet Cælius Rhodiginus & alij . Eundem morem Turcas Scytharum progeniem re- tinuisse Collenucij historiæ teſtantur . Sed & noſtra tempora retinent antiqua vitia . Neque enim Sueci tantū , velut diuina qua-

quadam virgula, aurum argentumque, vbi  
lateat, norunt hariolari; sed alij quoque  
conceptis verbis efficiunt, ut virgula recta,  
ad nomen rei, quam indagant, sponte sua,  
iunctis extremitatibus, in circulum coëat,  
& à cornibus velut lunetur.

Strabo. I.  
15. Colle-  
nuc. I. I.  
Rer. Nea-

## §. VII.

*Quantus, in virgæ Sortibus, Dei simius  
sit cacodæmon?*

Nimirum insignis Dei simia est diabolus.  
Quem non potest imitari, æmulatur. Scit  
olim Aaroni, virgula florente, sacerdotij  
prærogatiuam obtigisse, dicente Domino: Num. 17.  
*Loquere ad filios Israël, & accipe ab eis virgas 2.*  
singulas, per cognationes suas, à cunctis prin-  
cipibus tribuum, virgas duodecim, & uniuscui-  
usq; nomen superscribes virgæ suæ. nomen au-  
tem Aaron erit in tribu Leui, & una virga  
cunctas seorsim familias continebit: ponésq; eas  
in tabernaculo fœderis, coram testimonio, ubi  
loquar ad te. quem ex his elegero, germinabit  
virga eius. &c. Gessit & Moyses res prodi-  
giosas, per virgam. Sed diuina vis non est  
perinde omni virgæ alligata. Itaq; sicut Pha-  
raonis malefici fecerunt etiam ipsi per incanta-  
tiones Agyptiacas & arcana quedam simili-  
ter: proieceruntq; singuli virgas suas, quæ ver-  
sæ sunt

Exod. 7.  
II.

78 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

sæ sunt in dracones: ita hodieum cacodæmon homines dementat, ut dum sunt Orcini, sibi diuini esse videantur. Illi scire debent, antiquam hanc esse antiqui serpentis artem, ut se in Angelum lucis transfiguret, fallacissimāque promissione dicat: *Eritis,*

**Gen. 3. 5.** *sicut dij, scientes bonum & malum.* Accedit, hoc tempore, *diuinatòriam sortem* nec iussam à Dèo, nec, sine peculiari instinctu Dei permittam; sicut adhuc permissa fuit, quando B. Dei mater Iosepho sponsa data est, itidem virga eius germinante, ut quidam piè credunt.

### §. VIII.

*Ex nominibus, aut libris Sortes diuinatoria  
quam vanæ, quamque impiaæ sint;  
Ora quibus magnatibus v-  
surpatæ?*

**Sueton.** *Diminatoria sorti olim valde dediti fuerūt*  
**in Augu-** Augustus, Tiberius, itémque rex Pergami  
**sto & Ti-** Attalus. Utinam & nunc non etiam mul-  
**berio.** ti magnates se sinerent in hoc barathrum  
præcipitari, ut consilia matrimoniorum,  
bellorum, aliorūmq, negotiorum sorti com-  
mitterent! Vidi homines, non de plebe,  
qui ex nominibus, mero parentum arbitrio  
impositis, fausta infaustæue matrimonia o-

mis.

minabantur, dicebantque, uter coniugum prius esset è vita discessurus. Quæ est superstitionis *Onomantia*, à Græcis, in nomine Astyanactis, & ab Augusto, in nomine Niconis, obseruata. Quid si parentes alia nomina imposuissent, num fortunam mutassent filiorum? Quod si ita est, obseruarent utique homines, quænam nomina sint male omnata, quæ fortunam secundam afferentia: & stultissimi essent, si non omnes filios suos, Victores, Victorinos, Valerios, & Alexandros potius, quam Priamos appellarent. Verum est quidem, *Conueniunt rebus nomina saepe suis: & Nabal*, iuxta nomen suum, stultus fuit; sed saepe etiam non conueniunt. *Ioannes gratiosum aut pium significat*; multi tamen *Ioannes pī* non fuerunt, sed damnati sunt, ut exemplo esse potest *Ioannes Calvinus*. Eadem est superstitionis, quæ Pythagoræ tribuitur, in nominibus proprijs vocalium numerum parem prosperum, imparem infelicem interpretrans; aut numerum maiorem existimans, quasi idcirco *Hector* ab Achille sit superatus, *Hector*que superior evasisset, si fuisset Achilles nominatus. Enim numerò numeris vim aliquam diuinam, aut naturalem proprietatem tribuere, error est.

Elio

80 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

Apoc. 13.

Esto Apostolus nomen Antichristi , per numerum 666. significārit , quod factum est, Deo reuelante; & reuelante arcana sua, cui vult, non qui vult. Nam id ut fiat, petere, à doctis & pijs non probatur. Etsi enim revelationes plurimæ sanctis sint factæ ; tamen desiderare, plerumque otitur ex occulta superbia , æstimatione & amore sui; quia tales cupiunt suam alijs manifestā fieri sanctitatem , ( quæ tamen in talibus non constituit ) aut certè ex vana curiositate , quæ à Deo punitur. Ut autem nec litteris , nec numeris , ita neque verbis neque libris visilla physica aut diuinatoria inesse est credenda. Quod tamen itidem ab ijs creditum vidimus & usurpatum , qui alios , hac in re superstitionē credulos castigare debuissent. Fit hæc σοιχειομάντεια , aperto temerè Homeri aut Virgilij libro , & primo , qui obvius insipienti occurrit , versu obseruato. Ita Socrates olim mortis suæ diem ; Claudio , Macrinus , Gordianus iunior & alij Impp. tempus regni vel vitæ dicuntur conieciisse. Has Ethnicorum nugas imitati sunt postea etiam Christiani , Veteris aut Novi Testamenti apertione , quam Sortes Apostolorum appellauerunt. Contaminauerunt

Gregor. I.

8. Greg.

tunt se hoc genere *Sortis* Heraclius ; a- Tur. l. 4.  
pud Cedrenum ; Romanus Diogenes, apud hist. c. 16.  
Cuspinianū; Andronicus senior, apud Gre- & 20.  
goram; Charannus filius regis Francorum, Sim. Me-  
apud Gregorium Turonensem; B. Theodo- taphraſt.  
ra Alexandrina nondum bene catechizata, XI. Se-  
aptid Simeonem Metaphraſten; Gundul- ptembr.  
phus, apud Ranulphum; Meroueus item, Ranulph.  
apud Gr̄gor. Turon. apud quem tres codi- l. 7. Po-  
ces S. Scripturæ super S. Martini sepulchro lychro-  
collocantur, & sigillatim singuli aperiun- nic. c. 6.  
tur. Deniq; & Cardanus, & Cārdani imi- Gregor.  
tatores, & quicunque seriō adhibent librū Tur. l. 5.  
*Fortuna Rotam* dictum; aut alios, seu proſa, hist. Frāc.  
seu ligata oratione, vaticinantes; qui Eccle- c. 14.  
siæ Catholicæ plurib⁹ decretis damnati sunt C. ali-  
ſeuerissiméque etiam ab Urbano VfII. pro- quanti, &  
hibentur; præſertim, qui de morte Princi- c. si quis  
pum vanissima oracula mentiuntur. Neq; clericos.  
pro istis quidquam facit, quod ſupra recen- 26. q. 5.  
ſuimus; de S. Basilio, Augustino, Ignatio; qui libros ſacros vtiliter aperuerunt, non ut futura inde diſcerent, aut occulta explo-  
rarent; ſed, vt in ſcripturis; alijs ſue pijs li-  
bris, doctrinam in ſolatium, aut exhorta-  
tionem in ſpiritualem fructū, reperirent:  
in quem vtiq; finem eiuscmodi volumina

82 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

sunt à Deo nobis data. Sed ita est, etiam ipsijs pijs libris, quibus nos Deus vult uti, diabolus vult abuti.

§. IX.

Quid, apud Iudeos, Ephod, Sacerdotale, stola hieratica, epomis, diplois, Rationale, Vrim & Thūmim fuerint, in quibus Dominum consulebant?

Quod etiam facit in speculis. Constat è S. Scriptura, fuisse quendam occultorum Dei consiliorum iudiciorūmque ac prophetiæ modum, in applicatione *Ephod*, quod vel linteum erat, atque etiam minoribus ordinibus concessum, ut pueru Samueli; vel *Sacerdotale*, quod & *superhumeral* dicebatur, auro & trium colorū varietate conspicuum à Iosepho *stola hieratica, epomis, & diplois*, vocatum. Huic aureis catenulis appensum fuit *pectorale*, sic dictum, quia in pectus, propendebat, alio nomine etiam *Rationale*, *Rationale iudicij*, & *iudicium filiorum Israël*, itēmque *iudicium Vrim* nuncupatum. *Rationale* quidem, quia, more animalis ratione prædicti, ratiocinabatur: *Rationale* autem *iudicij*, quia diuinæ litteræ solent id, quod quisque facere debet, siue cuius-

I. Reg. 2.

Vide Ex-  
od. 28.

Exod. 28.  
15. & 30.

Num. 27.  
21.

iusque officium, iudicium appellare: *iudicium quoque filiorum Israël*, quia sacerdos rationali indutus, Deo hominum dubia, desideria, negotiaue proponebat: Deus vero, per *Rationale* significabat hominibus, quid fieri vellet, & quis rei successus futurus esset. Vnde idem *Rationale*, seu gemmæ illius duodecim *Vrim* & *Thummim*, hoc est, manifestatio & veritas rerum futurarū dici consueuerunt. Idcirco legimus: *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem. Hoc Rationale, & Ephod*, cum alijs vestimentis sacerdotalibus induti sacerdotes, post debitas precēs, viua voce, ea quæ intelligere cupiebant, proposuerunt; quod dicebant, applicare *Ephod*, & consulere *Dominum*. Tum, ut tradit Iosephus, si Deus quidpiam suadere aut approbare volebat, externo atq; insitato quodam lapidum splendore, internaque luce menti sacerdotis infusa, respondebat. Quod etiam, in Ecclesiasticis historijs legimus, contigisse. Rem memoratu dignissimam ipsis verbis D. Gregorij

Archiepiscopi Turonensis referam.

Prou. 1.3.  
c. 1, v. 9.

Exod. 23.  
17.

1. Reg. 13.  
9.  
Ioseph. 1.  
3. antiqu.  
c. 9.

84 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

§. X.

Gemma miraculosa inter nocentem & innocentem, vel obscuritate, vel claritate, discrimen inspiciendum probens.

S. Gre-  
gor. Tu-  
ron lib. I.  
de glor.  
martyr.  
cap. 13.

Quoniam Vasatensis urbis meminimus, inquit, opera & premium puto, miraculum, quod in ea Dominus largitus est, memorare. Tempore, quo diuturna obsidione, vallabatur à Chaniis, omni nocte sacerdos, qui praeerat, circuibat psallendo, & orabat, nec ab ullo auxilium, nisi a Domini misericordia requirebat. Hortabatur omnes orare, & non deficere, afferens humiles preces, calorū ianuas penetrare. Hostis verò in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineásq;, pecoribus intromissis, vastabat: sed sacerdoti bono operi insistenti, celeriter, virtus diuina adfuit. Nam nocte visum est ipsi Barbarorū regi, quasi psallentes homines, in vestimentis albis, accensis cereis, circuire muros urbis, & indignans, ait: Qua est hac peruersitas, & securitas vana, ut obfesi quasi despctis nobis, cāticis, nescio quibus, ac laudibus perstrepant? verè quia digni sunt perditione. Et statim misit ad urbem nuncios, interrogantes, quid sibi ista velint? At illi negant, scire se, quæ dicuntur, neq; de ipsis aliqua persensisse. Alia verò nocte, vidit quasi glo-

Si globum magnum ignis super urbem descendere: Et ait, si contra nos hi obfessi contumaciter agunt, nec nos metuunt, vel caelestis eos ira consumit. Cumq; non videret ullum ab urbe incendium consurgere, misit iterum interrogare, quæ essent, quæ, viderat. Similiter negaverunt, nihil se omnino vidisse. Tunc rex Gausericus ait, si hæc isti nesciunt, manifestum est, quod Deus eorum adiuuat eos: Et statim discessit à loco illo. Sacerdos autem, conuocatis ciibus, vigilias celebrat, Et missarum agit festa, pro liberatione populi sui. Dum autem hæc ageret, respiciens sursum, vedit super altare, quasi de camera templi, cadere tres guttas, æquales magnitudine: claritate, candore crystal- lum vincentes, cumq; omnes cum admiratione Et stupore vehementi intenderent, easq; nullus auderet attingere, Petrus quidam presbyter, qui ut res ipsa adserit, magni meriti erat, exhibita argentea patena, guttas colligere nititur: quæ dum per altare vago cursu rotantur, defluentes in ipsam patenam statim in se coniuncta, quasi unam gemmam pulcherrimam efficerunt: patuitq; euidenti ratione, contra ini- quam Et Deo odibilem Arianam hæresin, quæ eo tempore pullulabat, hæc acta. Agnitus est, Sancta Trinitatem in una omnipotentia aqua-

F 3 litate

86 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum,

litate annexam , nullis garrulationibus posse  
disiungi. Tunc gauisus populus , & intelligens  
munus sibi indulsum fuisse diuinitus, conferens  
aurum gemmasq; preciosas , crucem fecit , in  
qua gemmam statuit. Sed protinus omnes re-  
liquæ gemmæ hac accedente ceciderunt. Tunc  
Pontifex intelligens , non esse consortium cale-  
stibus cum terrenis , fabricata cruce ex auro  
purissimo , eam gemmam media intercapidine  
locat , & populo adorandam præbet. Nec mo-  
ra , fugato , ut diximus , hoste , cimitas est libe-  
rata. Iam ex hoc multi infirmi hausto vino ,  
vel aqua , in qua gemma abluitur , protinus sa-  
nitati redduntur. Deniq; cum adorata fue-  
rit , si à peccato est homo immunis , & ipsa ap-  
paret clara : ceterum si ut plerumq; adsolet ,  
humanae fragilitati , aliquid detulerit criminis ,  
totæ ei videtur obscura: miramq; præbet discre-  
tionem , inter innocentem & noxiū , cum uni-  
atra , alteri monstretur splendida.

§. XI.

*Acherontica simia speculorum sortes imitata  
quam in grandia pericula stolidos mor-  
tales conijciat ?*

Hęc talia iudicia sua Deus potest & nūc ,  
& solebat olim ingemmis Ephod , velut in-  
scribere; solet autem etiam emulari Sathan.

i. Py-

1. Pythagoras speculo concauo litteras humano sanguine temperatas inscribebat, & speculum Lunæ opponens diuinabat, vt quidam recentior tradit; ac nonnulli stolidi iuuenes somniant naturaliter fieri posse.
2. Pausanias agens de Cereris æde, ait: *Ibi oraculum maximè veridicum fuisse cognoui. ex eo non rerum omnium, sed morborum tantum cuenta prædicebantur.* Speculum tenui suspensum funiculo demittunt, ita librantes, ut in fonte omnino non mergatur; sed immo ambitu summam aquam contingat. Exinde, ubi odores adoleuerint, & ritè Deam precati fuerint, inspiciunt in speculum, & ex eius imaginibus, periturusne, is æger sit, de quo consuluerunt, diuinant.
3. Fuit præterea, in Iuliano, hæc amentia, ait Spartianus, ut per Magos pleraque faceret, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea, quæ ad speculum dicunt fieri (in quo pueri, præligatis oculis, incantando, vertice respicere, dicuntur) Iulianus fecit. Tuncq; puer vidisse dicitur & aduentum Seueri, & Iuliani decessionem.
4. Turcæ in peluim aqua plenam iniiciunt lapides preciosos, item au-

Leley-  
her.l.4.de  
spect.

Pausan.  
in Acha-  
ic.

Spartian.  
in Julian.

88 Cap. III. De illicitarū & diabolicarū

ri argenteaque laminas , & aiunt, se responsum è peluis fundo audire. §. Nostra tempora , vt omnium ætatum stultitias videantur collegisse, audent non solum consulere, sed etiam emere ac secum gestata eiuscemodi specula iactare. Audiui iuuenis , & noui oculatos testes , qui se vidisse , aiunt , phialas , globosque crystallinos , apud magnates , monstratos , à spiritibus infessos , qui iam in cicadas , mox in homines , & momento in dæmones versi , tandem furtâ ac fures repræsentabant ; & puero quodam exclamante , I E S V S , M A R I A , in ictu oculi , euanescebant. Usque adeò diabolus se etiam apud magnos insinuat , & in aulis quoque dominatur. Sed placet , referre , quod in non indocto commentario de dæmonum natura , quidam , in Germania , libello Plutarchi , de defectu oraculorum , præfixit . Consulti , inquit , aliqui de rebus ignotis , in crystallis , conspicunt ea manifesto , de quibus quæsumus fuit. Et addit : fuisse sibi notum unum ex precipua familia Norinberga. Eum , quodam tempore , venisse ad se , & attulisse , in serico paniculo inuolutam gemmam crystallinam , figuræ rotundam , & dixisse : donatam sibi illam fuisse à quodam ignoto , qui se , ante multos annos , de hospio

hospitio compellasset, forte in forum conuentum, quémq; ipse in domum suam adduxisset, & tri-  
duo habuisse fecum. Fuisse autem ab illo disce-  
dente, & relinquente munus hoc, ad significa-  
tionem grati animi, edoctum se crystallini usum  
talem: Si qua de re certior fieri vellet, ut pro-  
meret crystallum, & puerum marem castum  
iuberet aspicere, & ex eo percunctaretur: Quid  
cerneret? fore enim, ut de apparentibus pueris  
visis omnia, quae requireret, indicarentur.  
Atque affirmarat hic, se nulla unquam in re  
fuisse deceptū, & mirabilia de puerorum indi-  
cij resciuisse; cum ceterorum nemo quisquam  
aliud, quam nitidam & puram geramam in-  
tuendo videret. Quodam tamen tempore, cum  
grauida ipsius uxor puerum gestaret in utero,  
illi quoq; species in crystallo oblatas. Primo au-  
tem omnium formam viri se exhibere solitā,  
illo habitu, quo tum communiter uerentur.  
Et ita deinceps aperuisse, de quibus interroga-  
tum esset, cetera: explicatisq; cunctis, illam  
rursus viri figuram discessisse, & euaniisse re-  
liqua. Discedentem autem eam, quam dixi-  
mus, figuram viri visam s̄epe urbem perambu-  
lare, & ingredi templa. Fuerat autem fama  
pasim dissipata de illis indicij; ut negantibus  
aut dissimulantibus suum delictū aliquod, vul-

90 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

gō minarentur, se relatuos de ea ad illum se in  
crystallo ostendentem virunculum. Quin eti-  
am compertum est, fuisse à doctis quibusdam,  
de dubitationibus suis in litterarum studijs ali-  
quando, nescio quid, propositum, & in crystal-  
lo lectum. Sed his & alijs huiusmodi complu-  
ribus commemoratis, dixit Spenglerus, hunc  
aliuando ad se venisse, cum tali oratione: Ar-  
bitrari se, tempus esse, ut à crystalli tali usu  
tandem abstineret. Nam & sibi iam persua-  
sum, eo ipso non leuiter peccari, & animi per-  
turbati cruciatus granissimos, se diu sanè per-  
pessum esse. Itaq; se decreuisse, deinceps nihil  
cum illo experimento velle negotij habere: tra-  
dere nunc ipsi, quod accepisset, de quo memi-  
nisse posset, quid ei sāpe demonstrasset, neq; ne-  
sciret, qui rumores, in ciuitate, percrebuis-  
sent. Permittere autem, vt faceret de eo, quod  
collibuisse. Tum Spenglerus, laudato eo, acce-  
pisse se aiebat crystallum, & in minutissimas  
partes contudisse, & una cum serico inuo-  
lucro, in latrinam abiecisse. Quām  
dignum fuit hoc tumulo istud  
cadauer?



§. XII.

## §. XII.

*Sortibus diabolicis subinde homines vera cognoscere, ut postea falsis magis credant: eosdemq;<sub>3</sub>, si è multis falsissimis coniecturis, tantum una verum attingat, illam iactare, mendacijq; reliquis omnibus veniam dare.*

Vtinam imitarentur hoc factum, qui eunque plus quàm vitrea ac fragili veritate nituntur! Quid amentius potest esse, quàm credere hosti? quid stultius, quàm adhibere fidem ei, qui in veritate non stetit: quia non est veritas in eo? immo qui, etiam cum vera loquitur, mentitur; loquitur enim, vt fallat. Verum erat illud: *Aperiuntur oculi vestri: falsum, quod mox subiunxit: Et eritis, sicut dij.* Nempe, sicut lignea sagitta non penetraret, nisi cuspis ferrea præfixa viam aperiret; sic multi diabolo mentienti non crederent, nisi vel vero, vel specie veri deciperentur. Eleganter Augustinus hic occurrit inquiens: Sed forte dicit aliquis: *Quid facimus, quia anguria ista, vel characteres, vel divinationes frequenter nobis veritatem annunciant?* De hac re Scriptura nos cōtestatur & monet dicens: *Etiamsi vera dixerint vobis, nolite credere: tentat enim*

Ioan. 8.

44.

Gen. 3. 5d

S. August  
serm. de  
temp. 241

92 Cap. III. De illicitarum & diabolicarū  
enim vos Deus vester, utrum eum timeatis, an  
non. Sed iterum dicas: Aliquoties, si præcanta-  
tores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut  
de aliqua infirmitate prope usque ad mortem,  
multi periclitantur. Unum est, fratres, quia  
permittit hoc Deus diabolo, ad probandum po-  
pulum Christianum: ut cum interdum, per il-  
la sacrilegia, aliqua remedia receperint, facili-  
us postea diabolo credant. Et ideo quantum  
potestis circumuentiones illius fugite. Quod  
planè etiam est, de sortibus Sathanicis  
dicendum; quæ non periculis duntaxat, sed  
etiam falsitate sunt plenæ, & sæpe non tam  
præsciente diabolo, quam temerè coniisci-  
ente, attingunt veritatem; sicut qui fastos  
& calendaria condunt, etiamsi stellarum  
nullam habeant peritiam, etiamsi temerè  
umbres aut serenitates prædicant, tamen  
non raro id prædicunt, quod postea euen-  
tum est; etsi non raro etiam pinguissimè  
mentiantur. Quoniam enim, teste Augu-  
stino, non tenent homines memoria falsitates  
erroresq; Mathematicorum, non intenti, nisi  
in ea, quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ  
non prouenerunt, obliuiscuntur: & ea com-  
morant, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed  
quadas obscura rerum sorte contingunt. Quod  
si pe-

S. Aug.  
I. 83. qq.  
q. 45.

si peritiae illorum volunt tribuere , dicant artificiosè diuinare etiā mortuas membranas scriptas quaslibet , de quibus plerumque , pro voluntate , sors exit . Quod si non arte de codicibus exit saepe versus futura pronuncians , quid mirum , si etiam ex animo loquentis , non arte , sed sors erit aliqua prædictio futurorum ? Ratum est , apud Theologos , futura contingentia dæmones , non nisi ex incertis conjecturis , aut aliquando è certa Dei reuelatione nosse . Coniectando saepe hallucinantur . Cum reuelata propalant , tamen hominibus non constat , an ex Deo habeant . Cum ergo ex ipsis dæmonibus futurorum iudicia certa non hauriantur , quæ esset in Sortibus dæmonum certitudo ? Inde nec propriè Sortes , sed , cum addito , Sortes diabolica sunt appellandæ . Quia ipsa de causa vera & absolutè sors D. Augustino ; non aliquid mali est , sed res est , in dubitatione humana , diuinam indicans voluntatem .

## §. XIII.

Deum , in pœnam superstitionis , subinde permettere , ut superstitionis fiat , sicut crediderunt .

Denique , si quando eueniunt , quæ ex illicitis Sortibus homines se vel occulta , vel absen-

94 Cap. III. De illicitarū & diabolicarū

absentia, vel futura venatos arbitrantur; non raro eueniunt, in poenam, ut hominibus stultis, fiat, sicut crediderunt. Quidam varijs chartis varia genera mortis inscripsit, ut sciret, qua ipse esset interitus, in lecto, an campo; fune, an ense? Extraxit semper funem. Ergo infamiam patibili, quod sibi imminere dicebat, horrens, se ipsum domi suspendit, ne id carnifex foris facere cogeretur. Chronica Scotorum de Nathaloco regē XXX. memorant, illum ipsum, à quo rex cæsus, ad diuinos missum, ut de victoria, de vita Regis, ac regno eius percontaretur: responsum à quadam anu accepisse: Regem non diu victurum: nec periculum ei ab hoste, sed à familiaribus instare. Cum ille urgeret, A quo? anum, A te, subiecisse. Ille mulierem execratus, cum domum rediret, subiit animum illa cogitatio: nec responsum calari posse, nec edere tutum esse: ne se apud Regem hominem prauium, & suo timori indulgentem, suspectum redderet. Itaq; tutius esse, tyrannū, cum multorum gratia, interficere, quam cum grauiissimo capit is proprij, discrimine incolumem seruare. Statim, ubi domum redijt, impetrato, ad responsa diuinorum expromenda secreto; cæso Rege, duo decimum imperij annum ingresso, patriam seruitio

Bucca-  
nan. lib.  
4. fol. 35.

uitio, & se periculo exemit. Nonne his talibus Sors exitiosa fuit? Tuo, ô Deus, iudicio fuit, qui odisti obseruantes vanitates superuenie. Ego autem in Domino speravi: exultabo & latabor in misericordia tua. Plura de omni sacro & iusto, ac profano & illico & superstitioso reperiet lector apud Pererium.

Psal. 30.

7.

Perer. in  
c. 24 Ge-  
nes. vers.

13.

## C A P V T. IV.

*An Deus aliquorum innocentiam, vel iustitiam declarat, qui aduersarios suos, ad vallem Iosaphat citant, aut qui addiuinum iudicium pronocant?*

## §. I.

*Ad iudicium Dei prouocantium diuersæ Sortes.*

**P**ertinent ad Politicas sortes etiā exploratoriae probationes, quibus fortuito euentui veritas culpæ vel innocentiaz permittitur decidenda; & sæpe, non sine euidenti miraculo, deciditur. Inter has iudiciarias disquisitiones, est etiam illa vna, qua se se homines, mutuò, *in vallem Iosaphat*, & ad diuinum tribunal solent citare. In qua citatione vel damnandâ, vel imitandâ, homines possunt committere remeri-